

Written by: Miriam Patrick

Inspired by: various graffiti in Pompeii and Herculaneum

Marcus hodie laetus erat. cur? quod hodie Marcus sex annos natus est et mox, ad munus ibat. post munera, frater Marci, qui Lucius vocabatur, omnes pugnas narravit. nunc, Marcus pugnas cum fratre spectare poterat.

“Luci! Luci!” Marcus clamavit, “volo dicere de gladiatoribus!”

Lucius ridebat. frater eius gladiatores amabat. nescivit cur frater gladiatores amaret. numquam Marcus munus vidit.

“certe fratercule. quid scire vis?”

“dic mihi de omnibus gladiatoribus! die Saturni, cum munus spectemus cum patre, debeo gladiatorem optimum scire, quem incitabo!”

Lucius et Marcus prope murum domi sedebant. in muro erant multae picturae gladiatorum. aliae picturae galearum erant. aliae picturae homines erant qui pugnabant.

“quid est?” Marcus rogavit, picturam quidam tangens.

“ est retiarius. est gladiator...”

“sine galea” Marcus dixit, “mihi placet... sed... estne retiarius gladiator optimus?” Marcus cogitabat. tum aliam picturam tetigit. “et, quid est?” rogavit.

“est gladiator optimus!” parva vox respondit. Marcus et Lucius circumspectabant. erat soror, Lucia, quae non iam quinque annos nata est.

“cur tibi placet ille gladiator?” rogavit Marcus.

“quod... quod... pugnat...” Lucia quietabat et, “nescio,” inquit, “verba”.

Marcus benigne ridebat, “parva puella. tibi placet ille gladiator quod manu sinistra pugnare solet.”

Lucia subrisit. “et Albanus vocatur!”

Marcus se vertit ad murum, “nonne Albanus et Severus hoplomachi sunt?”

Written by: Miriam Patrick

Inspired by: various graffiti in Pompeii and Herculaneum

“Certe,” respondit Lucius, “et qualis gladiator est ille?” Lucius picturam tetigit. in pictura erat gladiator cum duobus gladiis.

“est... dimachae!”

subito, liberi risum magnum audiebant. ianuam spectabant. erat pater.

“dimachae est miles, fili,” inquit pater, “non gladiator; pictura est dimachaeri.”

Marcus picturam spectabat. “intellego.”

pater se vertit et a liberis ambulabat.

“pater!” vocavit Lucia.

“quid est?” rogavit pater.

“cui faves?”

“ego? scilicet. Marco Attilio faveo.” pater exiit.

Marcus murum spectavit. in media erat pictura et scripta est: M.ATT.

“quid putas?” Lucius Marco rogavit.

“scio,” inquit Marcus, “cui favere. faveo Marco. scilicet.”

“sci... scil.... ict.” respondit Lucia.